

ad illius potestatem quamprimùm hæreditas veniat, quam negarat Naboth, et ipse tantoperè cuperet ad suos sibi usus et delicias adjungere.

VERS. 8. — SCRIPSIT ITAQUE LITTERAS EX NOMINE ACHAB, ET SIGNAVIT EAS ANNULO EJUS, ET MISIT AD MAJORES NATU (1). Audax planè consilium, quod à feminâ solùm oriri poterat, quæ, ut votorum suorum impotens est, sic etiam insano planè impetu in omnem se porrigit audaciam. Oderat hominem alienum à suâ religione; alienum autem esse non difficili conjecturâ nôsse potuit, cum usque adeo videret majorum suorum disciplinæ tenacem, ut decedere vellet à vitâ, cujus haud dubiè periculum adibat, ne alienatâ paternâ hæreditate, à divinâ lege et patriâ religione decederet. Statuit vineam eripiendam esse Naboth, cujus voti ut tandem compos fieret, honorem tandem et vitam eripuit non minùs scelérato consilio. Quam ad rem senatum, qui ex optimatibus et senioribus constabat, id est, iudices, qui vindices sunt atque custodes æquitatis et legum, aut metu concussit, aut corrupit pretio, ut procacis et blasphemæ linguæ convictum morte damnarent. Quam ad rem induci testes jussit, quorum esset lingua delibuta perjuriis et venalis fides. En quot in uno crimine juncta sunt crimina: empta testimonia, corrupta judicia, innocenti per summam injuriam ademta hæreditas, honor, spiritus. Quis hoc auderet, nisi femina, quam inflat potestas, et facit audacem, rapit cupiditas, inflammat iracundia, deserit pudor? De hâc humanæ naturæ labe atque ignominâ Chrysostomus, cum de Herodiade, id est, de huic quàm simillimo monstro loqueretur in sermone de Decollatione Joannis Baptistæ, multa dicit notatu dignissima; post quæ tandem addit: « O malum intolerabile, « vipera irremediabilis, venenum insanabile, « mulier mala! Si injuriam patitur, insanit; si « honorem accipit, extollitur; et quod vult

(1) Hebræus: *Ad seniores et ad albos urbis eam*, ad eos scilicet, qui candidis splendidisque vestibus induebantur. His enim vestibus viri quique honestissimi, atque amplissimi utebantur. *Omni tempore sint vestimenta tua candida*, ait Ecclesiastes, 9, 8, et *oleum de capite tuo non deficiat*. *Antiquum dierum* describit Daniel 7, 9, cujus vestimentum candidum quasi *nix*. Neque angeli aliter fermè quàm candidatos sese per visum offerebant. Ægyptii, uti et veteres Græci lineis induebantur. Porro carbasinæ quæque telæ et candidissimæ in usum erant locupletissimorum, iudicum et principum. Hebræum *Chorim* in hunc sensum sæpè usurpatur. (Calmet.)

« importuna, rapit violenter. » De mulieris irâ vide quid nos cap. 19, in principio, diximus, cum sermo esset de hâc ipsâ Jezabele.

Hæc itaque Jezabel litteras dedit regio consignatas annulo, quibus edixit his qui in Jezæ raele rei præerant judiciaræ ac publicæ, ut, quod fieri solet, cum grave aliquod peccatum admissum, aut Deus existimatur graviter offensus, indicant jejunium, ne quid fiat temerè atque inconsulto Deo. Jejunium autem, quod antecedit, aut aliqua doloris significatio, qualis est vestimentorum discissio, ostendit aliquid esse contra Dominum admissum, quod publicâ et capitali pœnâ expiari debeat. Jerem. capite 33, versículo 24, miratur quòd in gravi Joachim peccato contra Deum, cujus verba contempserat, qui aderant, non timuerint cohorrerintque ad impium factum, neque, quod fieri solet, vestimenta consciderint. Conscidit certè Caiphas sacerdotum princeps ex illius gentis consuetudine, cum Christum blasphemiam reum esse dixit. Sed fortassè, ut putat Abulensis, id tantùm egit Jezabel, ut quidquid in innocenti caput esset statutum, id sanctè et ritè videretur esse susceptum.

Hic verò reprehendi posset Achab, qui cum in annulo signatorio regni regisque contineatur auctoritas, illam tamen uxori tam levi atque impiæ, tam in judicando atque suis affectibus obsequendo præcipiti, annulo porrecto concesserit. Sanè reges non deposuisse annulum è manibus, argumento est quòd quæ maximè nobis curæ sunt et honori, illa cum annulo signatorio comparamus. Jerem. capite 22, versiculo 24: *Si fuerit Jechonias filius Joachim regis Juda annulus in manu dexterâ meâ, inde evellam eum*. De hoc annulo intelligit Hieronymus. Septuaginta *sigillum* convertunt, qui regis repræsentat personam, et quasi alter ipse existimatur. Cum verò in annulo magna contineantur rerum momenta, servari à rege debet diligenter. Non minùs in casu non dissimili peccavit Assuerus, dum suum annulum tradidit Aman, quo regio nomine Judæorum capita morti destinavit. (1)

(1) **VERS. 9.** — PRÆDICAJE JEJUNIUM, uti in re gravissimâ, in quâ de vitâ regis agitur. Porro impij iudices simulârunt faciliè, nihil se scire aliud, quàm quòd blasphemus aliquis indigna evomisset in Deum et regem, furensque Achabus civibus omnibus extrema minaretur, nisi statim reum deposcerent ad necem. Pluribus Scripturæ exemplis discimus, jejunium indicium consuevisse, cum religiosus aliquis conventus habendus esset. Jejunium in universum regnum edixit Josaphat, atque è reliquis urbi-

VERS. 10. — BENEDIXIT DEUM ET REGEM: ET EDUCITE EUM, ET LAPIDATE. Litterarum, quas regio signo munierat Jezabel, hæc erat summa brevisque complexio: Primùm ut publicum bus populus coivit Hierosolymam et in templum, cum percrebuit, Ammonitas, Moabitas et Idumæos in regionem irrupisse. Jejunium pariter decrevit Esdras, cum fieri in iturus esset à Babiloniâ in Judæam. De extraordinariis ejusmodi jejuniis agunt non semel prophetæ. Describit illa non obscurè, nec semel Joelus: *Sanctificate jejunium; vocate cætum, congregate senes*. Jejunia erant publica et communia, ac cœtus ex universo populo indici in loco ubi jejunium imperatum fuerat. Hæc autem non nisi in rebus insolitis, et cum de rebus republicæ gravissimis ageretur, constituebantur. Porro conjuratio, de quâ Nabothum accusaverant, traducebatur ut crimen, quo nihil minùs quàm de vitâ regis ageretur.

Sunt qui reddant: *Convocate cœtum*. Sed Chaldaeus, Septuaginta, Syriacus, Arabs, et optimi quique interpretes de indicto jejunio exponunt. Utrumque conjungit Josephus tradens, in epistolâ imperatum, ut jejunium ageretur, cogereturque populus, ac toti consensui præesset Nabothus, tanquam ex illustri familiâ vir amplissimus. Fert quidem Hebræus, Nabothum positum fuisse in capite populi. (Calmet.)

Ces lettres étaient conçues en ces termes: Publiez un jeûne, et faites asséoir Naboth entre les premiers du peuple; et gagnez deux hommes sans foi et sans conscience, qui s'élèvent contre lui, et qui portent un faux témoignage en disant: Naboth a blasphemé, etc. O jeûne, s'écrie saint Jean-Chrysostôme, ô jeûne rempli de malice, et qui est le fruit d'une iniquité consommée! On se couvre d'une piété apparente pour justifier un crime énorme. On ordonne un jeûne, pour commettre un homicide. O jeûne, summâ iniquitate plenum! Prædicant jejunium ut faciatis homicidium. On cherche, dit saint Ambroise, deux témoins d'iniquité. Car l'innocence de Suzanne a été de même attaquée par deux faux témoins. Et la Synagogue en trouva aussi deux depuis qui déposèrent plusieurs faussetés contre Jésus-Christ. Ainsi le pauvre étant accablé par la déposition de deux témoins corrompus, est condamné à la mort. *Queruntur duo testes iniquitatis. Duobus enim testibus et Suzanna est appetita. Duos testes et Synagoga invenit, qui adversus Christum falsa jactarent. Duobus testibus pauper occiditur.*

Que s'il n'était pas si surprenant qu'une femme impie, sans religion et sans conscience, se portât jusqu'à cet excès d'inhumanité de vouloir faire mourir un innocent comme un criminel, pour se rendre maîtresse de son bien, il est presque inconcevable comment elle osa proposer l'exécution d'un si grand crime aux anciens et aux premiers d'une ville. Mais ce qui paraît encore plus incompréhensible, c'est que ces anciens et ces premiers de la ville, qui demeuraient avec Naboth, n'étant possédés d'aucune autre passion que de celle d'une lâche complaisance pour cette princesse, exécutèrent si fidèlement ses ordres, pour opprimer, par une horrible imposture, celui dont ils connaissaient l'innocence. L'on peut dire cependant que sous le règne d'Achab et sous la

ediceretur jejunium, quasi res foret de religione disceptanda; deinde ut seniorum optimatumque fieret frequens legitimusque consensus, ad quem etiam cum aliis accerseretur Naboth, quo tempore curandum esse, ut aliquot testes, quos non puderet venale falsumque testimonium producere, et ad quolibet audendum forent impudenter projecti, essent ab ipso senatu comparati, qui crimen objicerent Naboth, propter quod ex lege deberet opprimi lapidibus, quale est aliquid impium dixisse contra Deum et regem, et quod lex in ejusmodi criminis reos supplicium statuisset, illud in Naboth legitimo judicio decernerent, et quamprimùm exigerent.

Pro blasphemare, aut verbum in Deum, sacramque aut supremam potestatem, qualis est regia, contumeliosè jactare, vulgatus textus posuit *benedicere*. Sicut etiam Job, capite 1, versiculo 50: *Ne fortè peccaverint filii mei, et benedixerint Deo in cordibus suis*. Sed hujus loci aliam expositionem magis probavimus in nostris Commentariis in Job, et versiculo 11: *Tange cuncta quæ possidet, nisi in faciem benedixerit tibi*. In benedictione peccatum nullum est: ponit autem pro maledictione per antiphrasim, seu per illam figuram, quæ à Græcis vocatur euphemismus, qui ab aliquo, cui benè cupimus, vocem illam summovet, quæ aliquid significat durum et infaustum, et illius loco supponit mitiorem aliam et contrariæ interdum significationis; quod fieri interdum solet boni ominis gratiâ. Quæ de re nos aliquot adduximus exempla libro primo Regum, capite vigesimo, ad illud versiculi 15: *Requirat Dominus de manu inimicorum David*. Hoc verò maximè observant Judæi in Dei nomine, cui nihil volunt adjungere, quod non in illius majestatem et sanctitatem conveniat. Quare remouvent maledictionis nomen, et illius loco adhibent contrarium. Ita Hieronymus Epist. trigèsimâ quartâ ad Julianum; et Ambrosius libro de Nabuthe, capite 11: « Ne divitem dominationem tyrannicam de Jézabel, on ne pouvait guère se figurer qu'un règne presque général d'impîété et d'iniquité dans tout Israël. L'exemple d'un prince et d'une princesse qui ne travaillaient qu'à étouffer la piété, en exterminant tous les serviteurs de Dieu, inspirait à tous les peuples un semblable étourdissement d'esprit et une pareille insensibilité pour toutes les choses de la conscience. Et quoique l'Esprit de Dieu se fût réservé plusieurs personnes qui ne prenaient point de part à l'impîété d'Achab et de Jézabel, elles se tenaient cachées lorsque le crime régnaient publiquement et impunément partout. (Sacy.)

ledicti nomen offendat, et sermonis ipso lædatur sono, benedictum pro maledicto vocatur. Quæ sententia communis est omnium ferme expositorum, et omnium mihi maximè placet.

Porrò blasphemum sive in Deum, sive in principem obnoxium esse lapidationi, aut alteri capitis supplicio constat; de lapidatione quidem capite vigesimo quarto, versiculo 15: *Homo, qui maledixerit Deo suo, portabit peccatum suum; et qui blasphemaverit nomen Domini, morte morietur: lapidibus opprimet eum omnis multitudo*; quæ lex usque ad Christi Domini seculum servata fuit, de quo Joan. decimo, dixerunt Judæi: *De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemiâ*. De principe verò non est adeò aperta lex, sed est verisimile ex lege, seu ex consuetudine hanc in principum injuriam esse capitalem, ut putat Abulensis quæst. quintâ, et colligit ex illo Exod. capite vigesimo secundo. *Diis non detrahes, et principi populi tui non maledices*. Et Exod. capite vigesimo primo: *Qui maledixerit patri suo, morte moriatur*. At princeps pater est patriæ, et eo nomine ab antiquis afficitur et colitur.

VERS. 15. — ET DUXERUNT EUM EXTRA CIVITATEM, ET LAPIDIBUS INTERFECERUNT (1). Fecerunt seniores et optimates, quod à Jezabele imperatum fuerat, remque ad statum illum deduxere, non tam legitimo ac justo, quàm simulato ac corrupto judicio, ut jam agi in illum posset capitali penâ. Quare de more educunt extra civitatem, ut cautum erat lege Levit. 24, v. 14; et Deuteron. cap. 17, v. 5, educi jubentur quorundam scelerum rei extra portas: *Educes virum ac mulierem, qui rem sceleratissimam perpetrârunt, ad portas civitatis tuæ, et lapidibus obruentur*. Idem accidit Stephano, Actorum capite 7: *Et ejicientes eum extra civitatem, lapidabant*. Servatum etiam fuit sine dubio in

(1) *DUOBUS VIRIS FILIIS DIABOLI* duobus falsis testibus. Hebræus: *Duobus filiis Belial*; duobus viris sine fide, pudore et lege. (Calmet.)

Allegor. Naboth fuit typus Christi, quia à Scribis et Phariseis ambientibus ejus vineam, id est, Synagogam, per falsos testes accusatus blasphemæ, quòd se diceret Filium Dei, ideò que occisus est, juxta parabolam vineæ quam hæc ipsa de re eis objecit Christus, Matth. 21, vers. 23. Scribarum enim de Christo vox est vers. 23: *Hic est hæres; venite, occidamus eum, et habebimus hæreditatem ejus*. Hinc et canes, id est, gentiles (hos enim Judæi despiciebant quasi canes) Romani, duce Tito et Vespasiano linxerunt sanguinem Judæorum Christicidarum, in eodem loco, puta Jerosolymæ, et in eodem tempore, scilicet in Paschate, quo ipsi occiderant Christum. Ita Angelomus.

(Corn. à Lap.)

hoc judicio quod legitimum censerî voluit Jezabel, quod Deut. c. 17 præscriptum est à lege, ut in lapidatione omnium primi testes lapidem mittant: *Manus testium prima interficiet eum, et manus reliqui populi extrema mittetur*. Et quòd testes manus suas imponerent capiti Naboth. Id enim etiam jubetur Lev. cap. 24, v. 14. Quod fecerunt duo senes adversus Suzannam Dan. cap. 13. Illud etiam opinor servatum esse in hæc tam indignissimâ tanti viri cæde, ut nudo omninò corpore lapides exciperet. Quod ingenuis ac verecundis ipsâ lapidatione gravius est, quibus non tam facit dolorem vulnere acerbitas, quàm à nuditate pudor et ignominia. Lapidari Judæos nudos docet Abulensis in cap. 20 Levit. q. 21; et Petrus Damianus serm. de S. Stephano. (1)

VERS. 16. — QUOD CUM AUDISSET ACHAB, MORTUUM VIDELICET NABOTH, SURREXIT, ET DESCENDEBAT IN VINEAM NABOTH JEZRAELITÆ, UT POSSEDERET EAM. Ex his apparet hæc sic meditatam esse Jezabelem, ut neque illorum ignarus esset Achab, neque ipso invito res esset à corruptis iniquisque judicibus peracta, quando et annulum tradidit uxori, quo signavit epistolas, neque diù commoratus est, donec hæreditatem adiret, quam sciebat ab innocente viro per summam iniquitatem ereptam. Quare frustra aliqui ab hoc peccato liberant Achab, cum ipse sui animi satis apertum documentum dederit; imò cum id Deus per Eliam ostenderit, dum illum tanti scelers dicit esse participem: *Occidisti*, inquit, *insuper et possedisti*, et ut homicidæ cædem etiam non dissimilem minatur. Sed cur sibi rex injustus alienam vendicat hæreditatem? quam huic injuriæ adumbratam prætexit honestatis speciem? An nullus erat, qui defuncto Naboth in adeundâ possessione succederet, et qui in eâdem conservaret familiaria? Aut certè lege cautum erat, aut antiquâ receptum consuetudine, ut damnatorum bona regis sibi fiscus adscriberet. Tractavit hanc quæstionem Abulensis, q. 6, neque certum aliquid definit, sed tantum quæ adducit, prudens

(1) VERS. 15. — SURGE, ET POSIDE VINEAM NABOTH. Versabatur tunc Achab in Samaria. Monet illum Jezabel, tutò proficisci posse Jezraellem, atque usucapere vineam Nabothi, quippe quæ sibi deberetur jure fisci, uti patrimonium viri, crimine majestatis damnati; vel jure caducario, cum Naboth unâ cum filiis omnibus interfecto, hæres nullus superesset. Vel denique, juxta nonnullos, hæreditas Nabothi, utpote patrum Achabi, ad regem tanquam hæredem maximè propinquum deferebatur: hæc tamen posterior sententia adstrui melioribus debet. (Calmet.)

ter divinando conjectat, aut potiùs ea producit, quæ judicârunt alii. Quidam enim dicunt damnatorum bona, eorum maximè, qui divinam aut regiam majestatem læsissent, ad regium fiscum pertinere. Alii Naboth cognatum esse Achab, quem putant non suscepisse filios, aut certè simul cum patre fuisse obtritos lapidibus (sicut legimus Josue cap. 7, cujus filii simul cum patresublatis sunt), ne qua maneret ex impio atque maledico semine posteritas. Quòd autem cum Naboth filii etiam ejus fuerint extincti, colligitur ex lib. 4, cap. 9, v. 26: *Si non pro sanguine Naboth, et pro sanguine filiorum ejus, etc.*: verba sunt Jehu, de quibus statim. Tunc autem, quia nemo erat cognatione propior, in vacuum et quasi caducam possessionem venit Achab. Ad extremum addit Abulensis, vero videri simillius omnia bona Naboth propter confictum scelus blasphemæ adjudicata esse regio fisco; quod item placet Cajetano. Ego quid ad hæc addam, nihil habeo. Tantum dico ab homine tyranno et barbaro, cur aliquid fecerit, non esse quærendam honestam causam, cum illi pro lege sit voluntas et libido.

VERS. 19. — OCCIDISTI, INSUPER ET POSSEDISTI (1). Verba sunt Domini per Eliam quibus cum rediret Achab ex alienâ vineâ, quam sibi iniquè vendicaverat, illum et cædis reum, et rei alienæ possessorem violentum accusat. Magnum scelus est alicui eripuisse vitam, maximè si mortem comitetur acerbitas, et acerbitem dedecus et pudor. Quòd si ad hæc accedat obstinatum odium, dira cupiditas, et alienæ hæreditatis injusta vindicatio, multa videtur fieri ad tyrannicam ingenium, et legum prodicionem accessio. Occidere aliquem ignominiosè et crudeliter, ingentis immanitatis est: in alienas possessiones irrupere audaciæ singularis, et intolerabilis avaritiæ. Quare de se turpissima audit, qui occidisse dicitur et possedisse.

In hoc loco, in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum. Verisimile est cadavera Naboth et filiorum (si cum illo filii quoque lapidatione perierunt), mansisse per aliquod tempus insepulta, et illorum effusum sanguinem sive è terrâ, sive è lacerato corpore canes linxisse; quod est argumentum

(1) Tropol. vide hic quàm vilis, miser et infelix sit peccator, qui instar Achab ob modicam voluptatem, imò ob unum aureum, vendit se suamque animam diabolo, eamque ut mancipium tradit suæ cupiditati, ut fiat pabulum mortis et fomentum gehennæ. (Corn. à Lap.)

non leve, ut existimemus nudis corporibus innocentes excepisse lapides, ex quorum vulnere expressus fuerit sanguis quem linxerunt canes. Hic ego duo observo: alterum est plura verba dicta fuisse à Deo Eliæ, quàm hic referuntur, aut certè plura dixisse Eliam ad Achab, quàm accepisset à Domino. Quod sanè nihil incommodat canonicæ fidei, quia quæ hic narrantur à Domino, fuerant prophetæ præscripta. Quòd verò præterea aliquid dixerit propheta, non est mirum, quia cum prophetæ alios alloquuntur, aliquid etiam narrare solent de suo, aut explicationis gratiâ, aut etiam quia sic exigit illorum, ad quos legationem obeunt, ingenium aut protervum, aut compunctum et humilè, quod fecit hoc loco Elias, ut constat, quia statim addit, *ed quòd venundatus sis, etc.* Sed est verisimilius plura esse dicta à Domino prophetæ, et à prophetâ Achab, quàm nunc à sacro historico commemorantur. Neque enim sacra historia integras orationes aut colloquia repetit: sed tantum illa, quæ totum pondus et sententiam continent, omissis interdum aliquibus, quibus detractis, verum nihilominus, et integrum videtur institutum historiæ. Quod in Testamento novo experimur frequenter: solent enim Evangelistæ non integras repetere conciones, sed aliquid plerumque omittunt, neque omnes eadem. Unde fit ut quædam ab uno Evangelistâ dicantur, quæ omittuntur ab alio, quia orationis capita non eodem modo Evangelistæ colligunt. Plura dicta fuisse ad Achab ab Eliâ quàm hic commemorantur, habemus lib. 4 Reg. cap. 9, v. 26. Nam cum Jehu Joram filium Achab interfecisset, jussit illum projici in agrum Naboth, ut ibi canes lingerent sanguinem filii Achab, ubi priùs canes linxerant sanguinem filiorum Naboth; quemadmodum ipse audierat per prophetam denuntiatum Achab, hoc nimirum loco, in quo nostra laborat commentatio. *Dixitque Jehu ad Badecer ducem: Tolle, projice eum (nempe Joram) in agrum Naboth Jezraelitæ; memini enim quando ego et tu sedentes in curru sequebamur Achab patrem hujus, quòd Dominus onus hoc (id est, durum vaticinium) levaverit super eum, dicens: Si non pro sanguine Naboth, et pro sanguine filiorum ejus, quem vidi heri, ait Dominus, reddam tibi in agro isto, dicit Dominus. Nunc ergo tolle et projice eum in agrum, juxta verbum Domini.*

Observo secundò ex his verbis simul cum Naboth occisos fuisse filios ejus, pro quibus occisus nunc quoque fuit Joram filius Achab,

Item observo, altero die post mortem Naboth, egressum fuisse Achab de Samariâ, et adisse hereditatem Naboth, et in ipsâ viâ occurrisset Eliam, et talia denunciâsse, qualia nunc legimus. Ait enim : *Pro sanguine Naboth, et pro sanguine filiorum ejus, quem vidi heri.* (1)

VERS. 20. — NUM INVENISTI ME INIMICUM TIBI? QUI DIXIT, INVENI, EŒ QUOD VENUMDATUS SIS, UT FACERES MALUM IN CONSPECTU DOMINI (2). Jam pri-

(1) IN LOCO HOC IN QUO LINXERUNT CANES SANGUINEM NABOTH, LAMBENT QUOQUE SANGUINEM TUUM. Ita reipsâ per congruam justamque Dei vindictam contigisse narratur cap. 22, 38. Dices: Ibi dicitur quòd canes linxerint sanguinem Achab in Samariâ; atverò Naboth sanguinem canes linxerunt in Jezrael, ubi occisus est. — Resp. Jezrael pertinuisse ad Samariam, quæ erat metropolis et caput totius regni Israel. Idem ergo locus hic intelligendus est in genere, non in individuo. Ita Abulens., Lyran., Vatabl. Aliter respondent Hebræi, scilicet arma Achab sanguine ejus tineta abluta fuisse in piscinâ Jezrael, cum eò ad armamentarium deferrentur; quare tunc canes sanguinem ejus ablutum linxerint: sed id confutat Abulens., ex eo quòd 12, 38, propheta hæc impleta dicatur cum ejus sanguinem linxerunt canes in Samariâ, pro quâ perperâm Josephus substituit Jezrael. Posset quoque dici Deum mitigâsse et revocâsse hanc pœnam ob penitentiam Achab, uti insinuat v. 29. (Corn. à Lap.)

(2) Et Achab dicit à Elie : *En quoi avez-vous trouvé que je me déclarasse votre ennemi? Elie lui répondit : En ce que vous vous êtes vendu vous-même pour faire le mal aux yeux du Seigneur.* Saint Ambroise dit sur ce sujet, que ni les prophètes, ni les évêques ne doivent pas légèrement s'élever contre les rois pour leur faire de la confusion et pour les reprendre, à moins qu'ils ne tombent dans de grands crimes; mais, qu'en ce cas, ces pasteurs leur doivent cette charité de les corriger salutairement par de justes répréhensions. *Regibus non temerè vel à prophetis Dei, vel à sacerdotibus facienda injuria. Ubi autem peccata graviora sunt, ibi non videtur à sacerdote parcendum, ut justis increpationibus corrigantur.*

C'est la coutume des méchants de regarder ceux qui les reprennent comme s'ils étaient leurs ennemis, au lieu qu'ils devraient les regarder comme leurs véritables amis, qui ne haïssent et ne condamnent leurs désordres que parce qu'ils aiment leurs personnes. Aussi, lorsqu'Achab demanda à Elie, qui lui prononçait l'arrêt de Dieu, en quoi il l'avait trouvé son ennemi, Elie lui répondit généreusement et très-véritablement, qu'il n'était son ennemi qu'en ce qu'il était l'ennemi de Dieu, s'étant, pour le dire ainsi, comme vendu, afin de faire le mal aux yeux du Seigneur. Cette expression est admirable pour représenter l'esclavage très-funeste du pécheur, qui semble s'être vendu au démon, pour lui obéir en toutes choses, et dépendre de sa volonté comme un esclave.

Jézabel tenait lieu à Achab du démon même, lui faisant faire tout le mal qu'elle voulait, comme si ce prince eût été véritablement l'esclave de ses volontés, au lieu qu'il devait,

dem Achab non viderat Eliam, à quo prius orationem acceperat magis severam et gravem, quàm illius ferre posset sive intolerabilis arrogancia, sive nimis delicata mollities. Quare cum nunc post longum intervallum redire videt ad ingenium, et non minùs audacter, quàm antea nuntiare horribilia, rogat quidnam in ipso deprehenderit sceleris, propter quod immortales videatur alere inimicitias. Ad quem Elias ait non deesse causas propter quas ipsum odio debeat insectari implacabili, et illam esse instar omnium, quia venumdatum est, ut faceret malum. Quid autem hoc sit, explicandum est. Vendit se alteri, aut sua opera aliquis, ut illa, aut seipsum ad certum aliquod opus, aut laborem conferat, nempe colendum agrum, pascenda pecora, aut fingenda simulacra, aut aliquid aliud certum artificium; à quo nullo licet modo discedere, et ad rem aliam operam et studium transferre. Quare hic optime potest appellari venumdatum ad quodlibet horum operum, quæ ex pacto debet. Sic ergo Achab usque adeò se improbitati tradidit, rebusque quibus cum honestate nihil est affine, ut vendidisse videatur, aut locâsse suam operam peccato, ut nihil meditetur aut faciat, nisi quod à peccato manet, aut ad peccatum spectet, aut denique peccatum oleat. Dicitur porrò venum-

comme son mari et comme roi, empêcher ses injustices et s'opposer à ses violences. Aussi le prophète lui reprocha de la part de Dieu qu'il avait tué Naboth, quoique ce ne fût point lui qui eût commandé cet homicide, parce que sa cupidité en avait été la première cause, et que d'ailleurs non-seulement il n'arrêta point Jézabel dans le dessein criminel qu'elle avait formé; mais qu'après même qu'il eut appris que Naboth avait été lapidé, il alla très-prompement se rendre maître de sa vigne, témoignant par là qu'il avait lui-même approuvé sa mort.

C'est donc avec très-grande raison que l'Écriture nous représente la cupidité comme la source des plus grands crimes, en déclarant qu'elle nous fait tomber dans le piège du démon et en des désirs très-pernicieux, qui nous précipitent dans l'abîme de la perdition et de la damnation. Achab d'abord envisage un héritage comme lui étant commode. Il désire de l'avoir. Il le demande, et sur le refus qu'on lui en fait, il s'enflamme de colère; il tombe dans la tristesse de la mort. Il fait ensuite mourir, ou pour le moins il consent qu'on fasse mourir celui qui était le légitime possesseur de cette vigne, et il s'empare de l'héritage de l'innocent et du pauvre. On ne tombe dans cet abîme de perdition que par degrés. C'est pourquoi le premier pas qui mène à ce précipice étant redoutable, on ne peut assez veiller pour étouffer dans son cœur jusqu'aux premiers mouvements, dont les suites peuvent être si funestes.

(Sacy.)

datus potius quàm locatus, quia ille perpetuo quodam nexu libertatem suam alterius addixit imperio, à quo exsolvi non potest, neque se ipsum sibi, ut maximè cupiat, restituere. Qui verò locatus est, non in perpetuum, sed in finitum aliquod tempus, puta in annum, aut menstruum, sic suam operam alligavit alteri, ut, eo exacto, sui sit juris. Venumdatus igitur dicitur Achab, quia à multis jam annis eò videtur intentus, ut nihil faciat aut meditetur bonum.

Hic porrò dicendi modus, quo is qui assuetus est peccato, appellatur venumdatus, Scripturæ sacræ familiaris est: sicut etiam, quòd idem fermè est, peccati vocatur servus. Sic etiam avarus, aut ambitiosus, aut delicatus, et mollis, servire dicuntur avaritiæ, honori, carnis affectibus et similibus. Servus est planè avaritiæ ille qui nullum non adit periculum, ut rem augeat suam: mari se committit et ventis; atque prædam, si aliter non potuerit, ex flammâ sumit. Hic videri potuit ille dominus cui se Achab jampridem vendidit, qui cum jussit ut alienam hereditatem usurparet, obsecutus est statim, neque quiescere potuit, donec ab avaritiâ quod fuerat imperatum, impleret. Quàm dura fuerit servitus quam homines subeunt à vitis, quibus semel cervicem subdiderunt, repetunt non solum sacri scriptores, sed etiam profani. De sacris diximus plura, et huic loco maximè accommodata, in nostris Commentariis in Isaiam, ad illud cap. 50, in secundâ expositione: *Quis est creditor meus, cui vendidisti vos?* quæ tu vide. De profanis unum adducam, in quo describitur quàm sit imperium avaritiæ tyrannicum, et illius qui avaritiæ paret, miserabilis atque ærumnosa servitus. De quâ ita Persius Satyr. 5:

Mane, piger, stertis; surge, inquit avaritia; eia, surge. Negas, instat; surge, inquit: non queo; surge.

Et quid agam? rogitas? en saperdam advehe ponto,

Castoreum, stupas, ebenum, thus, lubrica coa.

Sed credo Achab hoc loco dici Jezabeli venumdatum, cujus imperio non aliter obsequatur quàm humilis servus nimis severo atque arroganti domino; illi se vendidit Achab, et dum illius præceptis repugnare non audet, peregrinam induxit religionem, aras struxit Baali, et quia impia et audacissima femina nihil meditatatur et curabat, nisi quòd peccatum pareret, aut peccatum oleret, ideò venumdatus dicitur Achab uxori, ut quasi vile mancipium

illi omninò se præberet obsequentem; et quia illa præcipiebat semper, et hortabatur ad malum, venumdatus dicitur à prophetâ, ut faceret malum. Hoc satis colligitur ex hoc c. v. 25: *Igitur non fuit alter talis, sicut Achab, qui venumdatus est ut faceret malum in conspectu Domini: concitavit enim eum Jezabel uxor sua, et abominabilis factus est.* Hujus imperii uxori vox illa fuit, quâ Jezabel marito quasi inertet languido dixit cum irrisione et stomacho, v. 7: *Grandis auctoritatis es, et benè regis Israel!* Et habuisse annulum signatorium, quo muniret litteras contra Naboth.

Malum in conspectu Domini ideò dicitur factum, aut quia directè contra Dominum, quia Dominum è suo regno Jezabele instigante videtur expulsisse, inducto Baale. Ut enim fert quotidiani sermonis frequens usus, in alicujus conspectu, aut coram oculis id fieri dicitur, quòd in alicujus domo fit aut possessione. Quo modo peccata quæ fiunt in templo, fieri dicuntur in conspectu Dei. Sic quia in Dei regnum peregrinam religionem induxit Achab, malum videtur admisisse in conspectu Domini. Aut certè in conspectu Domini illud videtur factum, quòd fit inverecundè ac publicè, qualia fuerunt quæ commisit Achab. Scriptura enim sacra de Deo loquitur sæpè humano modo, et ad hominum sensum. Ut autem in hominum oculis, aut conspectu illa dicitur fieri, quæ non in tenebris ac timidè fiunt, sed apertè ac publicè, sic quæ eodem fiunt modo, fieri dicuntur in divino conspectu.

VERS. 21. — ECCE EGO INDUCAM SUPER TE MALUM, ET DEMETAM POSTERIORA TUA, etc. Hæc ad versum 23 explicata sunt à nobis supra cap. 16, v. 3, et cap. 14, v. 40, ubi eadem penè leguntur verba.

VERS. 23. — CANES COMEDENT JEZABEL IN AGRO JEZRAEL. Hic exploremus oportet, quomodo quæ dicta sunt à prophetâ de Jezabele et Achab, videri possint reipsâ completa, cum Jezabel non fuerit canibus lacerata, Achab autem neque cæsus fuerit in Jezrael, neque ibi canes illius sanguinem linxerint. De Jezabele minùs est difficultatis, cum ceciderit propè agrum in quo fuerat vinea Naboth, et ibi à canibus discerpta, ut habes lib. 4 Reg. cap. 9. Erat autem vinea propè regiam domum; nam ideò illam sibi, ut domui conjungeret, vendicare voluit Achab. Est autem in Scripturâ sacra frequens, ut quæ propè aliquem locum fiunt, in eodem loco facta esse dicantur.

De Achab res videtur magis impedita, nam